

literarum, quod non veterum doctrina imbutos solum, sed et ad genium seculi effictos atque ad politioris literaturae cultum formatos auditores ex palaestra ipsius acceperit. Und Weise sagt selbst oft, daß dieß das Ziel seiner Bestrebungen sey und seyn müsse.

In einem Briefe an Usleber in Altenburg, p. 106 ff., sagt Weise:

*In hoc* arcana informationis mihi quidem videntur contineri. Detur opera, ut, quae puer didicerit, loquendo et scribendo exerceat, adeoque felicissimum tandem experiatur linguae et animae vinculum.

Auctorum lectio suscipiatur tum ad contrahendam linguae consuetudinem, cum ad cognoscendam ejus analogiam; non ad fabriculosam phrasium culturam.

In externo corporis et gestuum habitu nihil negligatur, ne quae desit externa studiorum commendatio. Mundus enim, qui regitur opinionibus, e nutu vel gressu quamlibet levissimo, ipsam meritorum gravitatem dijudicat. Est mihi octo annorum filiulus, qui jam ultra annum saltatoris palaestram frequentat, eoque mihi nunc placet nomine, quod dicendis vel recitandis *gratiosum* adjicere potest habitum.

*Continuis* laboribus agitati (juvenes) functionibus publicis effoetum velut ingenium afferunt, et ante senectutem in morosum aliquem prolabantur marasum. Ipse ego concatenatis meis laboribus non sufficerem, nisi studiis academicis varias indulgissem recreationes; adeoque plenis et infractis nunc viribus rem aggrederer.

Ne multa discantur, sed sufficiat pauca exerceri multum. Aliqui devoraturi omnes di-